

T A B L A.

dere debitum, arg. eorum quæ dicit Siluest.
vbi supra.

¶ In voto autem religionis simplici, fratres non dispensent, nisi forte cum Indis, licet, [ut arbitror] non sit opus cū eis in hoc dispensare, cum certum sit, qđ nulla eos recipiet Religio. In voto enim religionis, subintelliguntur istę conditiones, scilicet, si possum, vel si volunt me recipere, secundum Archie. in. c. Fecimus. 12. q. 1. vide Sil. Religio. 2. q. 17. Circa hoc nota, qđ si is qui vauit religionem, contrahit Matrimonium, & consummat in hoc peccat, tamen postea potest petere debitum, neandum reddere, sine dispensatione, quia sicut tunc non tenetur seruare pauperiatem, neq; etiam tenetur tunc seruare castitatem, sicut neque obedientiam.

Hæc Caie.

¶ Item, Fratres possunt, cōmutare vota alia Circa hoc exoratos, per velim R. P. Prouinciales irritare omnia suorum subditorū vota, quæ post suam fecere professionem, qđ hoc possunt secundum Richar. in. 4. d. 38. Immo [secundū eundem] huiusmodi vota, nisi approbētur à Prælatis nulla sūt, de hoc vide. Sil. votum. 3. p. 3. & votum. 4. q. 4.